



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quæ sint præmia corporalia & spiritualia in præsenti vita, & quæ in futura  
vita proprijs operibus. tit. 174

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

416 SVMMA DOCTR. CHRIST.  
respicit August.ad Eremitanos, serm.26.

QVAE SINT PRAEMIA  
corporalia & spiritualia in praesenti vi-  
ta, & que in futura vita pro piis  
operibus.

### TITVLVS LXXIII.



RIMÒ, vt clarè intelligatur quod dicitur, bona opera habent sua premia in hac & post hanc vitā corporalia & spi-  
ritualia: & quae sint hæc præmia corpo-  
ralia & spiritualia in hac vita, & quae

sint præmia corporalia & spiritualia in futura, dili-  
genter hic notanda sunt. Primò, quod omnia haec pre-  
mia, siue sint corporalia & spiritualia in hac & post  
hac vitā sunt ex promissione, id est, promissa præmia,  
nō ex dignitate & virtute operū nostrorū, id est, nō  
est hic promerita, sed promissamerces ex gratia pro-  
pter Christum. Deus nobis nihil debet, nisi quod

gratiosè promisit & opera nostra nihil habent, nisi

quod illis donat ex misericordia & gratia Deus.

Corporalia igitur bona, quæ Deus pro ijs operi-  
bus promittit in hac vita, notantur Leuit. 26. Deu-  
teron. 28. Exod. 20. vbi promittit Deus dicens: Si  
mandatis meis ambulaueritis, dabo vobis pluias  
temporibus suis. Terra germen suum gignet, pomis  
arbores replebuntur, comedetis panem in satietate,  
& absq; pauore habitabitis in terra. Vide multa alia  
dona ibidē, & Esai. 33. Si in iustitijs meis ambulaueri-  
tis, bona terra comedetis. Sic sanitas corporis, pax  
& multæ aliæ benedictiones describuntur. Deut. 28.

Subinde spiritualia præmia, quibus pia opera et-  
iam in hac vita ornantur, sunt: Primò, impedimenta  
sathanæ, ne malitiam suam perficere possit, sicut illi  
benter velit, trahendo in diuersa via spiritualia. Sic

humilitas

umilitas impedit superbiam, luxuriam castitas, ele  
mosyna auaritiam, oratio temptationem, nè à fide ca  
sat, Matth. 26. Orate & vigilate. Sic Apostolus iubet  
nos indui armatura Dei aduersus insidias diaboli,  
Eph. 6. Sūmē studet sathanas, vt in nobis extinguat  
virtutes & fructus spiritus sancti, Gala. 5. fidem, cha  
ritatem, timorem, deuotionem &c. At pia opera re  
fluent ei atque expellunt.

Secundo, per pia opera crescunt & augmentantur  
virtutes hic in hac vita. Nam secundū quod quis  
quis est donis gratiæ Dei plus vel minus, id est,  
fidei, charitatis, dilectionis &c. Ità præmium spi  
rituale vel augmentatur, vel diminuitur. Exemplum  
dat Cyprianus libro quarto Epistolarum, Epistola 7.  
de sole vno: quos si quis studiosius vtitur, de lucro  
plus vel minus habebit. Sic dies est vnicā equalis o  
mnibus. Si quis diligentius ea vsus fuerit, plus lucra  
bitur. Si quis autem piger fuerit in laborādo, minus  
habebit &c. Sic Matt. 25. Veniunt serui & dicunt: Do  
mine, eccē, quinque talēta tua, alia quinque superlu  
trata sunt, &c. Sic charitas ostensa, inquit Augusti  
nus, meretur augeri, & aucta perfici, hæc deuotio au  
get deuotionem, & exercitium piorum operū crescit,  
& augmentantur virtutes & dona Spiritus sancti. Sic  
exercitiū scientiæ facit doctiorem, eloquentia, elo  
quentiorem, &c. Sunt ergo, constantia in fide, fauor  
divinus, amicitia sanctorum, angelorum & beato  
rum, præseruatio à corporalibus & spiritualibus ma  
li, &c. præmia spiritualia, quæ in hac vita confe  
runtur pro pījs operibus.

Daniel abstinuit à cibo regis, & impetrat spiritua  
le præmium, id est, sapientiam. Daniel, 1. Non adorat  
statuam, ideo non læditur à leonibus, neque igne  
furnacis. Judith per abstinentiam impetrat spiritum  
fortitudinis, quo amputat Holoferni caput, Iudit 13.  
Filij Rechab non ædificant domum iuxta mandatū

DDd 3 patris,

patris, & donantur idoneitate, vt seruant in templo,  
Ier. 35. Orat in templo die noctuq; vijdua, & impunit  
agnitionem, quod puer sit Christus, Luc. 2. Sic puer  
pera ornantur etiam spiritualibus præmijis in hac  
ta. Ideò pia opera sunt plurimùm commendanda.

Secundò, bona opera habent etiam sua premia  
corporalia & spiritualia in futura vita, sed quæ sunt  
illa? Primò, licet non sit homini possibile, ea omnia  
exprimere, quæ Deus præparauit dare in futura vita,  
omnibus eum diligentibus, sicut dicit Esa. 64, & Apo-  
stolus 1. Cor. 2. scriptum est, Auris non audiuit, oculus  
non vidit, &c. Scriptura tamen corporalia præmia  
in futura vita explicat, dicens 1. Cor. 15, Corpus no-  
strum seminatur in terram corruptibiliter, & resur-  
get incorruptum. Secundò, sepelitur tenebrosum, re-  
surget clarum & gloriosum. Tertiò, sepelitur infirmum,  
& resurget in sanitate & robore, i. sine omni infirmit-  
tate & defectu. Quartò, seminatur naturale corpus, &  
resurget spirituale. Sic inquit Christus Matt. 13, quod  
iusti fulgebunt sicut sol. Sunt ergo hæc corporalia  
præmia, j. quibus corpora nostra in futura vita pro-  
pijs operibus ornabuntur, quia non indigent cibo,  
potu, somno: non nubent neq; tristabuntur, sed erunt  
sicut angeli Dei, Matt. 22, ibi erit æterna requies, dul-  
cedo & visio Dei sicuti est, i. Ioann. 3, æterna dilectio  
Dei, non luctus neq; clamor, Apoc. 21. Hæc sunt es-  
talia & corporalia præmia piorum operum in fu-  
tra vita, omnibus creditibus in Christum ex quo  
communia.

Subinde sunt & spiritualia præmia operum in fu-  
tra vita, quibus animæ & spiritus ornantur, commu-  
nia, vt sunt iam prædicta essentialia ex aequo omni-  
bus beatis communia, vt requies æterna, pax &c. Ac-  
cidentalia vero sunt singularia. Nam ibi erit corpor-  
vnū alio gloriosius, pulchrius, clarius, sicut 1. Cor. 15,  
inquit Apostolus: Alia est claritas solis, alia lunæ, alia  
stellarum.

stellarum: Sic erit in resurrectione mortuorum. Nam  
icet omnes stellæ sint locatæ in cælo, vna tamen al-  
tera est clarior. Sic etiam Paulus exemplificat de car-  
ne animantium, quæ licet ex æquo omnia habent car-  
nem, attamen aliquæ habent carnem preciosiorem &  
nihil. Ut igitur creature certant pulchritudine &  
præstantia &c. Vult igitur Deus pios in hac vita exer-  
cere ad mortificandum veterem hominem, ideoq; plera-  
que præmi differt, ut post hanc vitam glorificet sanctos  
sive varijs accidentalibus præmijs anime piorum de-  
corabuntur. Spiritualia quoq; præmia beatorū in fu-  
tura vita communiter comprehenduntur in his tri-  
bus, Visione, fruitione, dilectione. Visione, quod Deū  
videbunt aperte sicut est, 1. Ioann. 3, & Paulus 1. Cor. 13.  
Videmus nunc per speculum & in ænigmate, &c. &  
1. Petr. 1. Corona immarcescibilis nobis iam custodi-  
tur, sed in tempore nouissimo reuelabitur, & licet sit  
vnum obiectum, id est, speculum, Deus & tota Trini-  
tas, attamen unus altero videbit clarius, sicut se Deus  
reuelauerit ei. Nam hic in hac vita licet sit vna scien-  
tia, attamen unus altero est sapientior, & plus vel mi-  
nus intelligit. Deinde est fructus & gaudium, quod ex  
visione Dei venit, vbi iterum unus altero maiorē &  
minorem habebit delectationem, & licet talis fruitio  
sit in aequalis, attamen quilibet est contentus sua for-  
te, & nihil amplius petit, sicut dixit Propheta: Satia-  
bor, cum apparuerit gloria tua. De hac quoq; fruitio  
ne, voluptate, gaudio & dulcedine loquitur Propheta  
Mal. 16. Ostendisti mihi vias vite. Secundò, plenitudi-  
nē deliciarū vultus tui & delectationē, quae est in dex-  
tera tua, usque in finem durantia. Hæc est nostra bea-  
titudo, æterna delectatio ex aspectu vultus Dei. Po-  
temò nascitur ex visione & fruitione Dei dilectio,  
qua perpetuè sancti amabunt D E V M: seipso in  
summa concordia, sicut dicit Apo. 1. Cor. 13, Charitas  
nonquam excidit, & sic est vna beatitudo, sed tamen

D D d 4 præmia

præmia diuersa in beatitudine, sicut in celo (inque Christus) erit merces vestras copiosa, Matthæi. Ma sunt igitur condigne passiones &cæt. Roman.

Tertiò, sic mala opera impiorum habent suas punitiones in hac & post hanc vitam, corporaliter & spiritualiter. Corporales punitiones in hac vita notantur Exod. 20. in tertiam & quartam generatione eorum qui non seruant Dei præcepta & contraria faciunt. Sic Deutero. 26. describuntur poena operum malorum, & Deut. 28. maledictiones variae &c. Vide textum. Spirituales punitiones malorum operum in hac vita sunt, Primum extinctio spiritualium virtutum. Nam fructus spiritus sancti, Fides, spes, caritas, timor, pax, deuotio, &c. Galat. 5. extinguntur, & debilitantur, sicut Christus ipse prædictit Matthæi 24. Cum abudauerit iniquitas, requiesceret charitas mortuum &cæt. Sic homines postquam deieci sunt. mel à Catholica fide, efficiuntur peiores: nam Diabolus rediens, facit nouissima peiora prioribus Luc. 12. Tertiò, punitur peccatum spiritualiter induratio ne in malo, & geminatione. Nam peccatum trahit suo pondere ad aliud, si non fuerit contritione detum. Sic auaritia Iudea traxit eum ad suspendium, Actorum, 1. Matth. 27. Et adulterium Dauid ad homicidium, 2. Reg. 12. Tertium spirituale malum, quo mala opera hic puniuntur, est reprobis sensus, 10. Dedit eos Deus in reprobum sensum, &cæt. Sic mala opera in hac vita puniuntur corporaliter & spiritualiter, secundum gradus operum malorum.

Subinde & in futura vita mala opera punientur corporaliter & spiritualiter: Corporaliter & ex quo i. tenebris exterioribus, fletu & stridore dentium, Matt. 8. 13. 22. 24. 25. & Luc. 13. visionis diuinæ carentia, dolore externo: quia ibi nulla requies, sed tribulatio & captiuitas satanæ, itemque ignis aeternus, Matth. 25. comburens corpora post resurrectionem &c.

Spiritualiter

spiritualiter punientur mali diuersimode, i. acciden-  
tibus poenis. Nam iuxta gradus malitiae, vnuſ alte-  
ro plus punietur, & sentiet dolorem maiorem cru-  
ciati & acerbitate &c. Ibi qui aliū auerterit à veri-  
tate, vel scandalizauerit, vel heretici, maiores poenas  
accidentales habebunt, vt Arrius, Matth. 18. Qui vnuſ  
scandalizauerit &c. Sic infantes mortui ante baptis-  
mum, minus sustinebunt, quā mali baptizati. Sūma,  
Deus reddet vnicuique iuxta opera sua, Matt. 16.

## VERBUM DEI QVID SIT.

## TITVLVS CLXXV.

**V**IRIA occurunt notanda. Primò, Quid sit verbum Dei: Secundò, qui sunt illi qui non acceptant verbum Dei: Tertiò, Fructus credentium & facientium verbum Dei.

Primo, verbum Dei est verus, certus & constans sermo à Deo profectus, qui nos docet credere & diligere. Primò, quod sit verus sermo, Heb. 6. Impossibilis est Deum mentiri, &c. Rō 3. Est enim Deus verax, omnis homo mendax. Secundò quod constans. Esai. 4. Verbum Dei manet in eternum. Luc. 21. Cælum & terra transibunt, &c. Tertiò, docens credere, id est, articulos fidei & sacramenta, Marc. vlt. Qui credidere & baptizatus fuerit, &cætera Quarto, Diligere Deum & proximum, sicut sonant decem præcepta, Exod. 20. & Matt. 7. Qui audit verba mea, & facit ea, similis est viro &c. Hæc enim duo, i. credere & diligere, omnia credibilia & facienda includunt, i. totam & uniuersam scripturam noui & veteris testamenti. In super hæc duo, i. credere & diligere sic sunt coiuncta, quod separari & diuidi nō possunt. Et quādo diuidūtur, alterum frustra fit: ideo 1. Ioan. 3. utrumque diciat præceptum, vt qui credit, etiam diligit proximū. Et hoc pene tota Epist. Ioā. est ne diuidatur fides à di-

DDd 5 lectione,